



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118316

§. 83. Imperator Venetiis Ferrariam delatus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66426)

Sæcul. XV.
A. C. 1438.

§. LXXXIII.

Imperator Venetiis Ferrariam delatus.

*Act. Conc.
Flor. tom. 13.
Conc. p. 10.
Et p. 903.*

Tandem Imperator maximis honorum signis cumulatus, die vigesima octava Februarii Venetiis discessit, ubi tamen Patriarcha ob triremium defectum adhuc hærere cogebatur: Cæsar autem adve-
fo Pado Francolinum usque, urbs est me-
dio lapide Ferraria distans, contendit, ibi-
dem summum Pontificem visurus, qui eo
non ita pridem Bononia advenerat. Igitur
Imperatorem e navi descendente
Marchio Estensis excepit, cunctis Cardi-
nalibus, omnibusque Prælatorum ordini-
bus ante Ferrariensis Urbis mœnia ob-
viam effusis, illumque præcedentibus
Sequebatur denique ipse Imperator, se-
que equo badio, ephippio ac phaleris
splendidissime ornato vectus, die quarta
Martii urbem ingrediebatur, ipsius Mar-
chionis Filiis, ac proximioribus eius
agnatis umbellam pretiosissimam gestantibus.

§. LXXXIV.

Papa Ferrariæ a Græcorum Imperatore salutatus.

Imperator magnifico hoc apparatu, atque comitatu cinctus, ad ipsius Papæ palatium progreditur, ante cuius portam omnes